Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

H ante O

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

quòd bis vir fuiſſet. Oppidum non procul à Roma ędificavit, quod à nomine acceptæ cōjugis, Ariciam appellavit. ¶ Hippolytum imitabor, ἱππόλυτον μιμήσομαι, Diogenianus in Collectaneis ait dictitatum de iis, qui ſtatuiſſent purè, caſteq; vivere, ut Hippolytus.

Hippŏmăchus, ἱππόμαχος, Athenienſis tibicen, de quo tradit Aelianus: quum diſcipulū ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognoſceret, ſilentium ei impoſuit, quod nullum putaret majus eſſe ignorantiæ argumentū, quàm rudi multitudini placere.

Hippŏmĕnes, ἱππομένης, Macarei filius fuit, qui quū Atalantam puellam Scytiam curſu victam accepiſſet uxorē, & in luco magnæ matris cum ea concubuiſſet, ab irata dea in leonē eſt converſus. Fabula extat apud Ovid. lib. 10. Metam.

Hippŏmōlgi. [ἱππημολγοί. Ger. Roſſzmelcker.] Populi ab equa mulgendis dicti. Stephanus in Melanclæni.

Hippōnă, [ἱππώνα. Ger. Ein Roſſzgöttin/derē Bildnuß man in den ſtällen gehabt hat.] Dea erat, quam ſtabularii maximè colebāt, cujusq; effigies in ſtabulis locabatur. Apul. li. 2. Metamorph. Reſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo verò meditullio Hipponæ deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis quidem recentibus fuerat ornatum. Iuven. Satyr. 8. —jurat Hipponam, & faciles olida ad præſepia pictas.

Hippōnax, [ἱππῶναξ. Ger. Ein vngeſtalter häßlicher Poet.] Iamborū Poeta tāta deformitate, & fœditate oris, ut ejus effigies à pictoribus quibuſdam publicè propoſita fuerit deridenda. Quamobrē indignatus Hipponax tàm amarè in illos eſt invectus, ut aliquos ex iis credatur compuliſſe ad ſuſpendium. Hic creditur inveniſſe Scazontem carminis Iambici genus, quod ab ejus nomine Hipponacticum vocamus, ſive Hipponacteū. Cic. de Oratore: Senarios verò & Hipponacteos effugere vix poſſumus: magna enim parte ex Iambis noſtra conſtat oratio. Vide Plin. lib. 36. cap. 5. ¶ Hipponacteum præconium, pro infami nota poſuit Cic. lib. 7. Epiſt. Eumq; addictū tam puto eſſe Calvi Licinii Hipponacteo præconio.

Hippōnnēſus, ἱππόννησος, Inſula ante Cariam, in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31.

Hippōnīcus, ἱππόνικος, Athenienſis civis fuit Hippiæ filius, qui quum patriæ ſtatuam dedicare decreviſſet, ſuadentibus amicis, ut eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab aliis diſſenſit, quòd in ſtatuis tam inſignib. artificis potiùs induſtriam, quàm dedicantis virtutem cōmendari arbitraretur.

Hippŏphăgi. [Ger. Roſſzfreſſer/ Völcker in Aſia.] Scythiæ populi in Aſia.

Hippŏpŏdēs. [ἱππόποδες. Ger. Völcker des Scytiſchen Hochmeers ſo Roſſzfüß haben.] Populi in Oceano Scythico, qui teſte Solino, humanam uſque ad veſtigium formam tenent, ſed in equinos pedes deſinunt. Meminit horum Plinius libro 4. capite 13.

Hippŏtădes, [ἱπποτάδης. Ger. Aeolus der Winden König.] Dictus eſt Aeolus rex ventorū, quòd nepos eſſet Hippotæ Trojani ex Seſta filia. Ovid. 11. Metamor. Quòd pater Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat ventos.

Hippotamadæ. Vicus in tribu Oenidæ, Steph.

Hipſicratea, Vide HYPSICRATEA.

Hippuacra, (ἱππούακρα, quaſi dicas equi promontoriū) Vrbs Libyæ. Gentile Hippacrites. Steph. Malim diviſis vocibus ἵππου ἄκρα, ratione accentus.

Hippūris, Inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa. Plin. lib. 4. cap. 12.

Hippurĭ autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ inſulæ portus, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22.

Hippūriſcus, ἱππουρίσκος, Inſula Cariæ, Steph.

Hippūs, ἵππος, Fluvius eſt Colchorum, in Phaſim defluens. Strab. lib. 11. ¶ Eſt & Hippus mons Bithyniæ, in cujus radicibus condita eſt Pruſa altera, diverſa ab ea quam Annibal ſub Olympo condidit. Plin. lib. 6. cap. 32.

Hippus, ἵππος, Inſula Eretriæ. Item urbs Siciliæ, & alia Palæſtinæ. Gentile Hippus, Hippenus, Hippinus, Steph.

Hipſeus, Filius fuit Aeſopi fluminis, qui Eteocli in auxilium venit adverſus Polynicē. Statius: Hipſea quadrijugos clypeo ſeptemplice tauro.

Hira Vrbs, Vide in APPELL.

Hiraſa, ἴρασα, Locus Libyæ, in quem Aſii Battū tranſtulerunt, Stephanus.

Hircius, ut alii ſcribunt, Hirtius, Conſul fuit Romæ unà cum Panſa, quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus unà cum collega eſt interfectus.

Hirpiæ familiæ, in Faliſcorum agro fuerunt, quæ in ſacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambuſtam ſtruem lignorum nō adurebantur. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Hi à Solino vocantur Hirpi.

Hiſmăēlītæ, pen. prod. [ישמעאלים iſchmaelim. ἰσμαηλῖται.] Populi ſunt Africæ, qui nūc Saraceni dicuntur, ab Hiſmaële ſic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

Hiſpălis, ἵσπαλις. Bæticæ provincię urbs clariſſima, Romanorum colonia, cognomine Romulēſis: à qua unus ex quatuor juridicis Bæticæ conventibus, Hiſpalenſis dicitur. Plin. lib. 3. cap. 1. Hæc hodie Sivilia dicitur.

Hiſpānĭă, [ספרד ſephardth. ἱσπανία. ἰβηρία. Ger. Hiſpanien/das theil Europæ ſo innerthalb dem Roncewall ſeuß mit dem Meerumbfangen iſt.] Regio Europæ, quæ à montibus Pyreneis incipiens per columnas Herculis circumiens uſq; in borealem Oceanū protenditur. Decem millibus ſtadiis (ut Appianus ſcribit) ejus latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicoſiſſimi viri, ac velociſſimi equi procreantur. Refert Varro in Hiſpaniis equas credi ex vento concipere, quòd equos habeat hęc regio curſu tam veloces, ut meritò ex ventis concepti ferantur. Dividitur autem omnis Hiſpania, teſte Plinio, lib. 2. cap. 1. 2. & 3. in citeriorem & ulteriorem. Vlterior rurſus ſecatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie Granata dicitur: & Luſitaniam, quam vocant Portugaliam, quæ Ana fluvio à Bætica diſtinguitur. Vlterioris Hiſpaniæ conventus erant quatuor: Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis. Citerior autem Hiſpania quæ Tarraconenſis dicebatur, in ſeptem dividebatur conventus: vide Plinium. Hodie dividitur in quinque regna: Caſtellam, quæ cum Legione permiſta unum efficit regnum, Gallæciā, Cathaloniam, Arragoniam, & Navarram. Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluvio primùm dicta fuit Iberia: poſtea ab Heſpero Atlantis fratre: ſive (ut alii malunt) ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, Solem ſubſequens, vocata eſt Heſperia: poſtremò ab Hiſpali urbe ad fretum Atlanticum ſita, quam hodie Siviliam vocant, dicta fuit Hiſpalia: unaq; deinde litera immutata Hiſpania.

Hiſpānus, & Hiſpanienſis, Fiunt adjectiva, ſicut à Sicilia, Siculus & Sicilienſis: à Corintho, Corinthius, & Corinthienſis. [Ger. Ein Spanier.] Sed qui in Hiſpania natus eſt, Hiſpanus dicitur, ἴβηρ. Hiſpanienſis, qui alibi ortus, in Hiſpania verſatur: hoc eſt, qui, licet in Hiſpania ſit, non tamen in ea natus eſt ἰβηρικός. Hinc Hiſpanienſes negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur. Sic Hiſpanienſem exercitum vocabant Romani, qui in Hiſpania militabat. Plin. lib. 13. Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium Falernum dedit, quum in Hiſpania bellum adverſus Romanos, non Hiſpanos geſſerit.

Hiſtĭæă, ἱστίαια, Eubœæ inſulæ civitas, quam Homerus, in Catalogo navium, à vitium copia πολυστάφυλον cognominat. Eadem poſtea Oropus dicta eſt, teſte Stephano.

Hiſtĭæus, ἱστιαῖος, Mileſiorum tyrannus, qui cum relicto Dario, Iones ad defectionē ſolicitaret, captus ab Harpago Darii præfecto, in crucem ſublatus eſt. Vide Herodot. lib. 6.

Hiſtōnĭum. ἱστόνιον, Oppidum Frentanorū, in quarta regione Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Hiſtria, Hiſtrius, pro regione. Vide ISTRIA, & in APPELL. HISTRIONES.

H ante O.

Hŏărus, ὄαρος, Scythiæ fluvius apud Thuſſagetas naſcens, & in Mæotim paludem influens. Autor Herod. lib. 4.

Hŏdīus, ὀδίος, Fuit, teſte Hom. lib. 9. Iliad. Vnus ex Græcorum præconibus in bello Trojano.

Hŏdŏmantī, ὀδόμαντοι, Populi Thraciæ, Inde Hodomanticus, & fœmininum Hodomantis. Stephanus ex Thucidid. libro 2.

Hœrўchius, (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) lege TYCHIVS, Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manavit, dictiones duas, quæ dividendæ erant, conjungente. Locus Poëtæ eſt lib. 7. Iliad. ubi ſic habet: Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων, σάκος ἠΰτε πύργον, Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ τυχέως κάμε τεύχων, &c. Quem locum interpres ſic vertit: Ferens ſcutum, turris inſtar, quod fecerat Hœrychius: non ſatis animadvertens τὸ οἱ, ibi dativum eſſe pronominis ἑ æquipollentem dativo Latino Sibi. Hujus generis non pauca ex fontibus ipſis repurgavimus, quę eorum culpa irrepſerant, qui voluminis magnitudini potiùs cōſulentes, quàm bonitati, quicquid ubiq; obvium fuit, nullo judicio, albaq; quod dicitur linea huc congeſſerunt, nihil interim penſi habentes, ſed bibliopolis, quibus operas ſuas locāt, fucum facere, & ſtudiis linguæ Latinæ tyrunculo adulterina pro ſynceris tradere, unum privati ſui commodi ſcopum ſibi præfigentes, quo & librorū bonitatem, & officiū ſuum metiuntur: opus illud longè optimum judicantes, ex quo quamplurimùm compendii ad ſe redeat, & emolumenti.

Hŏlcădēs, ὁλκάδες, Populi intra Iberium fluvium. Stephanus ex tertio Polybii.

Hŏlmi, Vrbs Ciliciæ aſperæ, ubi priùs habitabant qui nunc Seleucen.

ſelmenes. Gentile Holmeis. Sed apud Steph. ſine aſpiratione legitur ὄλμοι, apud Strab. Holmos cum aſpiratione, & ſingulari numero, lib. 14.

Hŏlmium, Vrbs Bœotiæ. Gẽtile Holmeis. Apud Steph. ὀλμιον ſine aſpiratione legitur.

Holmōnēs, Vicus Bœotiæ ab Holmo Siſyphi filio, Pauſan. lib. 9. Gentile Holmoneis. In vulgaribus Stephani codicibus ὀλμωνες, & inde derivata non aſpirantur.

Homeritæ, Populi Aethiopum, Steph.

Hŏmērŭs, ri, pen. prod. [Ὅμηρος. Ger. Ein Fürſt under den Griechiſchen Poeten.] Poëtarum omnium præſtantiſſimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum ſexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cęcus, & ob id Homeri nomẽ ſortitus, quum prius Meleſigenes diceretur, quòd ad Meletem fluvium natus eſſet. Cumæi nanque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quod homeris: id eſt, itinerũ ducibus, egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de Nupt. Philologiæ: Cæcutientis Mæonii ſuaviloqua ſenectus. De patria ejus nihil certi traditur. Fecit enim nominis ejus claritas, ut quem vivum, rebusq; omnibus egentem, nemo agnoverit, nunc multæ Græciæ urbes certatim ſibi vindicent, adeò ut quibus potiſſimum credere debeamus, non facilè ſit diſcernere. Quod etiam teſtatur Cicero pro Arch. Homerum (inquit) Colophonii civem eſſe dicunt ſuum: Chii ſuum vendicant: Salaminii repetunt. Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt: multi alii præterea pugnant inter ſe, atq; contendunt. Extat ea de re diſtichon Græcum apud Gell. lib. 3. cap. 11:

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquã ejus vitam brevitatis cauſa hic prætermittimus: quã qui latiùs noſſe cupit, Herodotum adeat & Plutarchum.

Hŏmērĭcŭs, Homerica, Homericum, ὁμηρικός, Quod Homeri eſt. Quintil. lib. 2: Sit ergo tàm eloquẽtia, quàm moribus præſtantiſſimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Iuvenalis:

Tu miſer exclamas, ut vincere Stentora poſſis,
Vel potiùs quantum Gradivus Homericus.

Hŏmērŏmaſtix, [ὁμηρομάστιξ. Ger. Ein ſchentlicher Beſchelter vnd Außhupper des herrlichen Poëten Homeri.] Cognomen Zoili cujuſdam, qui eo ſolùm nomine innotuit, quòd præſtantiſſimũ Poëtarum omnium Homerum, libris adverſus eum editis, auſus fuerit inſcitiæ arguere: quos libros quum Ptolemæo Aegypti regi obtuliſſet, rex tum quidem diſſimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, poſt aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quò inopiam ſublevaret: Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus eſt, etiam hodie tot hominum millia paſcat. Tandem parricidii accuſatus, juſſu regis in crucem ſublatus eſt. Dictus Homeromaſtix quaſi Homeri flagellum: μάστιξ enim Græcis idem eſt quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones: hoc eſt, verberibus dignos maſtigas appellitant. Extenditur & latiùs Homeromaſtigos appellatio, ut omnibus planè detractoribus accõmodetur qui inſatiabili reprehendendi libidine, optima quęque lacerant: quumq; Venerem ipſam nõ poſſint, ſandalium ejus reprehendunt. Plinius in proœmio operis, ut obiter caveam iſtos Homeromaſtigas: ita enim carptores ſuos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes maſtiges appellantur, addito nomine ejus cui obloquſtur: ut, Virgiliomaſtix, Virgilii reprehenſor: & Ciceromaſtix, Ciceronis carptor: quo nomine Largius Licinius eum librum inſcripſit, quem in Ciceronem edidit, teſte Gell. lib. 17. cap. 1.

Hŏmērĭdæ, ὁμηρίδαι, Familia apud Chios illuſtris, ut ait Hellanicus, quæ generis ſui originem ad Homerum referebat.

Hŏmŏle, es, ὁμόλη Stephano, Mons eſt Theſſaliæ, Centaurorum olim ſedes, quemadmodum & Othrys. Virgilius 7. Aeneid. Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto Deſcendunt Centauri, Homolem, Othrynque nivalem Linquentes.

Hŏmŏlium, ὁμόλιον Stephano, Magneſiæ oppidũ, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 7.

Hŏmŏnceĭ, Vide in APPELL.

Hŏrātĭŭs, ὁράτιος, Poëta Venuſinus, Lyricorum & Satyrarum ſcriptor, qui anno Imperii Auguſti Cæſaris XXXIII, ætatis verò ſuæ LXII, moriens, Auguſtum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquiliis ſepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibus tamen præter ſcripturam, primæ etiam ſyllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomẽ primam ſyllabam. Ovidius: Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures.

Hŏrātĭŭs Cocles, Vide COCLES.

Hŏrōdes, ſive (ut alii ſcribunt) Orodes, penultima producta, Rex Parthorum fuit, qui M. Craſſum occidit. Vide Plutarchũ in Craſſo.

Horomaſdes, Apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Hortēnsiă, [Ger. Ein wolberedt Römiſch Weib.] Q. Hortenſii filia eloquentiſſima: quæ quum matronatum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quiſquã liberiùs loqui auderet: cauſam conſtanter egit, repręſentataq; patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars eis remitteretur. Ejus orationis pręcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hŏrtēnsĭŭs, cui Quinto fuit prænomen. [Ger. Ein Römiſcher Redner.] Romanus orator, qui in foro Romano cauſarũ rex ob eloquentiã dictus eſt: licet ejus ſcripta nõ laudata fuerint: meliùs enim dicebat, quàm ſcribebat. Dictionem enim incredibili geſtus ſuavitate commendabat. De quo Cicero in Bruto ſic refert: Primùm memoria tanta, quantam in viro cognoviſſe me arbitror, ut quæ ſecum cõmentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet quibus cogitaſſet. De quo etiam fertur, quod ſedens olim totum diem in auctione, omnes res vænales, & pretia & emptores, ordine ſuo recenſuit, argentariis recognoſcentibus, ità ut in nullo falleretur.

Hŏrŭs, ὧρος, Iſidis filius, quem quum illa amiſiſſet, verita ne illi obveniret quod Oſiri patri acciderat, multùm flevit: ſed eo invento, mœrorem in lætitiam convertit. ¶ Horus præterea ab Aegyptiis vocatur Sol: unde & horas dictas arbitratur Macrobius. ¶ Fuit & Horus Aſſyriorum rex. Plinius libro 30. capite 15.

Hoſa, Tuſcorum fluvius Ptolemæo. Martha hodie.

Hoſtia. Vide in APPELL.

Hoſticus, ſubſtantivum. Nomen Poëtæ fuit.

Hoſtiones, vel Hoſtiæi, ὠστίωνες ἢ ὠστιαῖοι, Populi juxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Caſſinos (aliàs Coſſinos) vocat. Stephan.

H ante V.

Hūnnĭ, [Οὖννοι. Ger. Die Hunnen haben vorzeiten in dem näheren Scythia an dem Meotiſchen Meer oder See jhr wohnung gehabt. Pol. Magierowie. Vng. Magyarok.] Populi ſunt qui quondam in Scythia Europea ſuper Mæotim paludem incoluere: deinde mutatis ſedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupére. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Atila totam pene Europam pervagata, Galliam, Italiamq; fœdiſſimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa, rurſus ſe recepit in Pannoniam. Quare credibile eſt, Hunnos eos eſſe, qui etiam hodie Pannoniam incolũt, paucis immutatis literis, Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanũ: Ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feras gẽtes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc, illucq; volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerverunt.

H ante Y.

Hўăcinthus, & Hyacinthia, Vide in APPELL.

Hўădes [כימה chimah vel kimah. Ger. Das Rägeniſch Sibengeſtirn im Kopff des Stiers.] Suidæ, ſtellæ ſeptem in capite Tauri: quæ quoties naſcuntur, vel occidunt, pluvias creant: ἀπὸ τοῦ ὕειν. Ovid. lib. 5. Faſtorum: At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat. Fabulantur Poëtæ Hyades Bacchi nutrices fuiſſe, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ ſunt, à Dodona civitate Epiri: quæ quum Iunonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi regis ſævitiam, à Iove in cœlum tranſlatas. Alii tradunt Atlantem ex Aethra uxore Hyantem filium ſuſcepiſſe, ſeptemq; puellas, quarum hæc ſunt nomina, Ambroſia, Eudora, Paſithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à leone devoratum implacabili luctu proſequerentur, dolorisq; magnitudine extabeſcerẽt, Iovis miſeratione in ſeptem ſtellas ſunt converſæ: & ut perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium, fratris nomine Hyades ſunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ, ut Tiro Ciceronis libertus putavit. Nam quum ſcirent priſci illi linguæ Latinæ autores ὗας à Græcis dici, quas vocamus ſues, putaverunt etiam ὑάδας Latinè poſſe verti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τῶν ὑῶν: hoc eſt à Suibus, ac non potius ἀπὸ τοῦ ὕειν: hoc eſt, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. libro 13. capite 9: Non abſurdum tamen videtur, idcirco Suculas à Latinis vocatas eſſe, quòd propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quemadmodum ſues.

Hўăĭ, ὑαῖα, Vrbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem libro 3.

Hyæna. Vide in APPELL.

Hўāmeă, ὑάμεια, Meſſeniaci agri oppidum, unum ex quinq; ut inquit